

Band VIII., Nr. 3080a, Seite 297-298

*Graf Eberhard von Württemberg verkauft Burg und Herrschaft Ehrenstein mit dem Patronatrecht der dortigen Kapelle, der Vogtei in Harthausen und dem Maierhof in Mähringen an Kloster Söflingen: Um 1301 machte Graf Eberhard den Versuch, das Patronatrecht zu Ehrenstein wieder auszuüben, indem er seinen früheren Notar, Konrad von Berghausen, Kirchrektor in Nürtingen, dem Bischof zu der Stelle präsentierte. Kandidat des Klosters Söflingen war Johann von Laufenbürg. Über den Streit sind 2 Protokolle von, durch Magister Heinrich Sieder von Esslingen vorgenommenen, Zeugenverhören vorhanden, die hier abgedruckt werden, weil sie über die in den beiden vorhergehenden Urkunden berührten Verhältnisse Aufschluss geben.

 I.

 Verhör des Johann von Laufenbürg und seines Gegners Konrad von Berghausen.*

Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (Zu 1281, um September 9).

Hee sunt positiones, quas ego Johannes de Louffenberc sacerdos presentatus ad vacantem capellam in Ericstain a dilectis in Christo abbatisa et conventu sanctimonialium monasterii in Sevelingen ordinis sancte Clare prestito per me sacramento veritatis dicende in causa, quam moveo Cunrado de Barckhusen super capella antedicta. Et primo pono, quod castrum in Ericstain cum bonis eidem attinentibus et cum iure patronatus capelle eiusdem castri ac advocatia bonorum dicte capelle pertinuit domino Eberhardo comiti de Wirtemberc. Magister Cûnradus de Barchusen rector ecclesie in Nûwertingen, qui se dicit presentatum ad capellam in Ericstain, per iuramentum veritatis dicende in animam suam prestitum ad has positiones et ad hanc primam positionem respondit et confitetur eam esse veram et addit, quod ipse Eber[hardus] comes de Wirtenberc ipsum castrum in Ericstain cum suis pertinentiis habuit in feodum ab imperio et ei iure hereditario pertinebant. Item quod dictus dominus Eberhardus comes de Wirtenberc dictum castrum cum bonis eidem attinentibus et cum iure patronatus capelle ipsius castri nec non cum advocatia dicte capelle vendidit honorabili in Christo abbatisse et conventui monasterii in Sevelingen prelibatis pro ducentis et quadraginta marcis argenti. Ad hanc respondit, quod, prout audivit, venditio faeta fuit, sed dicit, quod predictus dominus Eber[hardus] comes metu regio, qui cadere potuit in constantem, coactus fuit facere ipsam venditionem et quod tempore eius venditionis violenter eiectus fuit de possessione ipsius castri et eius pertinentiarum et nunquam fuit restitutus et an dicta venditio rite facta fuerit, ignorat

II

nec seit quantitatem pretii nisi ex relatione et dicit, quod scit, quod homagia et feoda pertinentia ipsi castro vendita tunc cum ipso castro non fuerunt et, cum vacant, adhuc ab ipso domino E[berhardo] comite recipiuntur, et dicit, quod quondam dominus rex Rudolfus ipsum E[berhardum] comitem in Ulma detineri fecerat et ipsum ad venditionem sic coegit, quod, nisi eam fecisset, ipsum per obsidionem et bonorum captionem voluit de terra expulisse.¹ Item quod dicte ducente et quadraginta marce predicto domino Eber[hardo] comiti de Wirtenberc ratione dicte venditionis fuerunt persoluite. Ad istam respondit, quod eam ignorat. Item quod dictus dominus E[berhardus] comes predictis abbatisse et conventui tradidit dicta bona superius specificata. Ad istam respondit, quod tradidit coactus, ut predictum est. Item quod ipsos in possessionem eorundem bonorum induxit seu induci mandavit corporalem. Ad istam respondit, quod non induxit, sed induci permisit, quod aliud facere non audebat propter metum regium. Item quod a tempore dicte venditionis et traditionis predicte abbatissa et conventus monasterii in Sevelingen fuerunt et adhuc sunt in pacifica possessione loci dicti castri in Ericstain cum bonis ipsi attinentibus et iure patronatus capelle dicti castri ac advocatie predicte. Ad istam respondit, quod eam ignorat. Item quod de premissis est publica vox et fama. Ad istam respondit, quod fama est de venditione, sicut ipse supra respondit, sed de aliis nescit, si est publica vox et fama. Item quod predicte abbatissa et conventus a tempore dicte venditionis et traditionis habite sunt pro patrono dicte capelle. Ad istam respondit, quod eam ignorat, sed dicit, quod ab eo tempore quo ipse fuit in servitio predicti domini E[berhardi] semper audivit ab eodem, quod cum primum vacaret capella in Ericstain, quod sibi competeret presentatio ad eandem. Item quod vacante dicta capella ex resignatione quondam magistri Ruperti de Esselingen rectoris ipsius predicte abbatissa et conventus me ad dictam capellam venerabili patri ac domino Hainrico dei gratia Constantiensi episcopo loci ordinario instituendum presentaverunt. Ad istam respondit, quod nescit nisi ex relatione et ex litteris inhibitionis per predictum dominum episcopum sibi facte, et dicit, quod ipse ex resignatione magistri R[uperti] predicti facta tam eidem domino episcopo quam domino E[berhardo] comiti predicto per quem presentatus fuit ipsi domino episcopo et per illum fuit constitutus cum illa clausula sine preiudicio iuris alieni. Item quod dicta resignatio morte predicti magistri R[uperti] fuit confirmata. Ad istam respondit, quod magister ipsam capellam resignavit et post paucos dies mortuus fuit. Item quod legitime me ad dictam capellam presentaverunt. Ad istam respondit, quod eam ignorat. Item quod Cūnradus de Barckusen rector ecclesie in Nuwertingen institutioni de me faciente in

¹Dies ist der Zusammenstoß, der in Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 3, S. 49, vermutet wird.

dicta capella se indebite opponit. Ad istam respondit, quod debite se opponit, quod presentatas fuit a dicto E[berhardo] comite ad eandem et de ipsa a predicto domino episcopo institutus. Item quod de premissis est vox et fama publica. Ad istam respondit, quod eam ignorat. Suprascriptis positionibus predictus magister C[unradus] de Barchusen rector ecclesie in Niwertingen a me magistro Hainrico dicto Sider de Esselingen examinatus et singulariter requisitus per iuramentum veritatis dicende respondit, ut predictum est, iure in pertinentium sibi salvo.

—

Die Urkunde gehört in unmittelbaren Sachzusammenhang mit den Urkunden Nr. 3079 und 3080 (WUB, Bd. VIII, S. 296 bzw. S. 296 f.); sie geht der Urkunde Nr. 3080b (WUB, Bd. VIII, S. 298–305) voraus.

 Pergament von 29,5 cm Länge und 14 cm Breite. Auf der Urkunde dosual die Spur eines spitzovalen Siegels.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Berghausen Wohnplatz (5537)
 Berghausen, Pfinztal, KA
 Ehrenstein Wohnplatz (17016)
 Ehrenstein, Blaustein, UL
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Harthausen Wohnplatz (16633)
 Harthausen, Ulm, UL
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Laufenbürg, Wassertrüdingen, AN
 Mähringen Wohnplatz (16639)
 Mähringen, Ulm, UL
 Nürtingen Wohnplatz (421)
 Nürtingen, ES
 Söflingen Wohnplatz (16646)
 Söflingen, Ulm, UL
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)